



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

Prologvs Haymonis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**



PROLOGVS HAYMONIS.

**C**VM sis vnicū & sanctissimū veræ humilitatis  
 & cōpunctionis exēplar, & huic mūdo crucifi Aug.  
 xus, tibiq; mundus sit crucifixus, petiisti cre-  
 bro mi domine reuerendissime pater Guilhelve vt  
 prata sacrarum scripturarū omni cum velocitate p-  
 currem, & ex his tibi flosculos perpetuos ad ani-  
 mę tuę salutē proficuos: tā de amore cęlestis patrię,  
 & qbus ad eam bonorū operū passibus perueniatur,  
 q̄ etiā de timore & q̄litate supplicij perquirerē: Qua-  
 tinus mortificationē carnaliū desideriorū, fontesq;  
 lachrymarū, cōpunctionemq; continuā largiēte bo-  
 norū om̄ium largitore diuinis excitat<sup>o</sup> admonitusq;  
 sentētijs habere possis assidue. Scim<sup>o</sup> em̄ oēs qui cru-  
 cifixā vitā tuā non īcognitā habem<sup>o</sup>, q̄a post q̄ a mū-  
 danis & palatinis vinculis absolutus es, & terrena &  
 peritura reliqsti, & ad paupertatē feliciter aduolasti,  
 oēm vitam tuā huic mūdo esse mortificatā, & a cun-  
 ctis exterius interiusq; vitijs expurgatā: Nec nō & ab  
 oībus secularibus curis, desiderijsq; carnalibus diui-  
 no ab igne pleniter excoctā, & sine aliq̄ intermissiōe  
 cū cōtinuis gemitibus & lachrymis te ad patriā cur-  
 su velocissimo festinare ppetuā. Igit̄ beatissime san-  
 ctę iussiōi tuę inobediēs nō ausus fui existere: nec v o  
 lui oīno nec debui, licet e linguis oīq; ex parte vita &  
 sermōe inerudit<sup>o</sup>, tñ luculētissime sanctitati tuę, pro  
 ut autor & fons luminis donare dignat<sup>o</sup> est, parere Ioan:  
 nō distuli, sed in tres libros nōnullas sentētijs ex san-  
 ctorū patrū opusculis excerptas distinxi. Prim<sup>o</sup> nāq;  
 cōtinet libellus, de q̄litate cęlestis patrię. Secūdu ver-  
 o qbus sanctis hęc vita beata adquirat̄ operib<sup>o</sup>, Tex-  
 tius de qualitate supplicij, pœnijsq; perpetuis.